

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0621

0619

0625

0615

0630

habetur Matth. 3., Johannis 1., Lucae 3. Ex omnibus plane intelligimus, inquit Bernhardus, quod mentitus est Syrus ille leprosus, qui nescio quas Damasci aquas aquis praetulit Israelis, cum Jordanis noster devote Deo famulatus totiens probatus exstiterit.

0610

0670

Sed hic oritur dubium, cum tanto sit sanctitas et dignitas Jordanis, quare aqua illa benedicta, munda, sancta, dulcis, salubris, influit in aquam maledictam, immundam, diabolicam, salsissimam et pestiferam, scilicet in mare mortuum, in lacum Sodomiticum? Ad hoc quidam dicunt, quod Jordanes quidem suum cursum habeat contra mare mortuum, sed quando ad litus ejus pervenit, terram penetrat et intrat, antequam ad mare perveniat. Sed hoc non est verum, quia longo tramite in mare incidens discernitur ab aqua maris, quae crassa est et quodammodo nigra, illa autem alba et tenuis. Alii dicunt, quod hoc ideo fit, ut maledictio illius temperetur per benedictionem istius. Alii vero sublimius sentiunt, dicentes, quod in hoc facto latet mysterium magnum: quamvis enim Jordanes sanctus sit, quia tamen se non erigit, sed deorsum currit contra mare mortuum, sanctitas ejus nihil ei prodest, quin absorberatur a mari mortuo et maledictionibus ejus involvatur; sic homo, Christi baptismate consecratus si non erigit se sursum, sed per viam lubricae carnis festinat deorsum, tandem non obstante sanctitate damnationem incidit et maledictionibus inferni involvitur, sicut alii homines non baptizati. Sicut enim mari mortuo alia flumina et torrentes non benedicta incident et ejus maledictionem participant; sic et homo baptizatus peccator et non benedictus similis etc.

0570

0720

0520

1120

0120

Ende

Anfang

In loco, ubi balneati sumus, creduntur filii Israel siccopede transvisse, et Helyas et Helisaeus et Christus ibi fuit baptizatus: unde in vetustissimo quodam peregrinali legi, quod in loco Jordanis, ubi Dominus in aqua stetit, stabat longa crux, ad quam peregrini se exuentes intrabant, et in littore, ubi Dominus vestimenta sua depositi, aedificata erat magna ecclesia testudinata, novem marmoreis columnis sustentata. Haec omnia dudum per Jordanis redundantiam sunt abducta et consumpta, ita, quod hodie uon patet horum vestigium. De Jordan

